UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Iulia M. S. Rita de Cassia. V. S. Basiliscus, M. 22. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Iulia V. & M. Carthaginenſis à VVandalis in ſeruitutem diuendita eſt Palæſtino mercatori. Ei illa fideliſſima obſequio, & Deo ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens palmam martyrij adepta eſt inter nauigandum in Inſ. Corſica. vbi præſes eam nolentem ſacrificare Crucifixit.

2. B. Rita de Caſcia Ord. Eremit. S. Auguſtini, poſt matrimonium cogentibus parentibus initum & ſolutum morte mariti. In ordine fulſit illuſtri gratia deuotionis & mortificationis. Cuius etiam fronti Spineæ coronæ ſuæ cicatrices ſimiles Dns impreſſit. obijt A. 1447.

3. S. Baſiliſcus miles viſo B. M Theodori agone indoluit ſe pro Chriſto nihil pro Maximiano Imp. multum ſanguinis fudiſſe. Hinc dignus Martyrio aquis eſt ſuffocatus.

S. Iulia M. S Rita de Caſſia. V.
S Baſiliſcus. M. 22. Mai.

Diligentia.

Aliquid laboris facito, vt te ſemper Diabolus inueniat occupatum. Hierō.

Deus qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in ſexu fragili victoriā martyrij contuliſti: concede propitius, vt qui B. Iuliæ V. & M. B. Natalitia colimus, per eius & B. Ritæ V. ac S. Baſiliſci M. ad te exempla gradiamur. Per D. N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro afflictis &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN